



W
h

+

42

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS
Stredfer/ JC_{TVS},

PRÆLAVDATÆ FACVLTATIS, ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS
PRIMARIUS ET CONSVL,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. 7. C. de interdict. matrim. int. Pupill. & Tutor.

ET
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM VI. IUNII MDCCXXXVI.
LECTOREM BENEVOLVM
PERHUMANITER INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.



BACARATATIS IARIDIC E
DEGANAS
COH. WHELWAS
SKELETONICAS
IRREVADATE MAGNITATIS ET IARIDIC
DICTORIS MOLICINAE ANDICOR TROCH
OVOOD TAN OVS CAVITATIS SUNDIC
OOGES LACUNAS
AD
ADIDAM TETONIANI CLADICAN
DITTA MITIONE INAGRALEM
PUGTORIA HENBOLM
TETONIANE CHORTONIALE TURMUS



Originem Matrimonii ad jus naturale, vel potius ad Authorem naturae referri, nemo est, qui ambigit; posteaquam enim natura rationalis cum mortalitate simul & perpetuitate creata fuit; inventum est matrimonium tanquam medium. & seminarium, per quod natura rationalis de seculo in seculum propagatur; id ipsum tamen sub præcepto institutum esse, licentioso calamo cum illis, qui carne magis, quam Spiritu animati sunt, nolumus sentire, cum præceptum illud, si quod fuerit, affirmativum, indefinitum ac indeterminatum singulos necessario & quovis tempore non obliget. Pontius *de matrim. lib. I. C. 4. n. II.* sed libero cuiusque dono continentia beati arbitrio relinquitur, utrum coeco & intempestivo quandoque amore insecatus mulierare, Gynæcocratenum agere, aut imperiosæ, imò non raro vix tolerabili Gynæcocratiæ, oneribusque quæ occurunt, innumerabilibus se subducere & aureâ libertate ulterius frui præmet. Interim via, quam ad matrimonium natura hortatur, cuiilibet patet, nisi & ipsa natura, vel lex vel canon obicem ponat. Natura siquidem abhorret à nuptiis nefariis inter parentes & liberos; lex autem & canon

prohibent conjugia vel in perpetuum, vel tantum ad tempus
vel ratione officii. Sic ratio potentatus quondam obstabat,
quod minus Praeses Provincie sive Praefectus cohortis foemi-
nam ejus jurisdictioni suppositam, vel ibi domicilium haben-
tem, ante officium depositum, in matrimonium ducere po-
tuerit. L. 38. & 37. ff. de R. N. t. t. C. Si quacunque pradit. pot-
est. Similiter lex julia & Papia ob amplissimi ordinis senatori-
rii dignitatem nuptias Senatoris cum liberta s. propria s. alie-
na prohibet L. 23. & 44. ff. de R. N. At iure Novissimo non
minus, quam jure canonico constitutum est, ut etiam maxi-
mis decorati dignitatibus cum libertis & aliis humilioribus
foeminis possint contrahere. Nov. 78 & 117. C. 3. si quis ancil-
lam. 29. q. 2. Interdictum quoque ratione officii est matri-
monium, inter pupillam & tutorem seu Curatorem, filios-
que eorum, idque ratione muneric authoritate publici & utili-
tate privati, ne scilicet tutores aut curatores potestate,
quam habent, abutantur & pro arbitrio, nutuque suo pu-
pillas sibi concreditas ad matrimonium inducant, easque in
re familiari circumscribant, atque fraudes in tutelae vel cu-
ratele administratione admissas domestici velamento matri-
monii tegant. Alii & hanc reddunt rationem, quod metu
contractum presumatur hoc matrimonium, quod eosque
procedit, ut non valeat excusatio ejus, qui ad rusticitatem
aut ignorantiam provocat L. 1. C. de interd. matrim. int. pupill.
ratio colligitur ex L. 7. C. eod. quod nempe fraude hac ma-
lam suam administrationem tegere voluerit, & quando fraus
in rustico deprehenditur, tunc rusticitate sua se excusare
haud potest, fraus ergo ipsa facit, ut intelligamus rusticum
non per imperitiam aut rusticitatem, sed prudenter ita egisse,
& tale rusticatis velamentum ipsi professe non debet, nec
pratensa ignorantia, quaer quamvis in regula rusticis potissi-
mum

mum si peritores consulendi eis occasio deficiat, non no-
ceat, attamen si rusticus in jure civili notorio errat, & con-
tra speciem honestatis peccat, non juvatur ignorantiae ex-
ceptione Tiraq. de pan. temp. caus. II. n. 9. seqq. Sed cum
tutela vel cura pupillæ vel curandæ finita, redditæque fue-
rint rationes, insuper pupillus vel curandus vigesimalium
quintum, vel de jure Saxonico & his in locis, liberis Academ-
icorum exceptis, vigesimalium primum aetatis annum cum
quadriennio, intra quod restitutio locum habet, superaverit,
ob cessantes supra adductas rationes matrimonium tenet.
L. 6. de interd. mat. int. pup. & tui. Similiter conjugium cum
tutore vel curatore non improbatur, si Pater filiam huic vel
illi vel in vivis vel moribundus ferio destinaverit, idque ob
cognitam futuri generi integritatem, fidem atque sincerita-
tem. Quin & superior, quia haec prohibitio est meri juris
civilis, dispensare possit, non dubitatur Covarr. de matr. p. 2.
C. 6. §. 9. Filius tutoris vel Curatoris an ducere possit pu-
pillam vel curandam Patris? pariter juxta *L. 4. & 7. de interd.*
matrim. int. pupill. negatur, ob easdem supra deductas ratio-
nes, & quidem ita, ut non tantum matrimonium habeatur
pro nullo, sed etiam dos data repetatur & tutor infamiam
incurrat. Aliud videtur dicendum de Procuratoribus & ne-
gotiorum gestoribus, qui licet ad rationes reddendas etiam
teneantur & eadem, quæ contra tutores & curatores mili-
tat, videatur subesse ratio, & consequenter eadem juris di-
positio obtinere debeat; nihilominus tamen lex penalis de
vero tutore disponens, ad negotiorum gestores, imo nequi-
dem ad Pro-tutores non est extendenda, quia in his vis ac po-
tentias, quam verus tutor in personam pupilli habet, & vene-
ratio ei debita cessat, & alias nemo in conjugem ambire pos-
set illam, cujus negotia administrasset. *Christin. Vol. 3. decis.*

130. n. 3. Quamvis hodie plurimi fateantur, ab his legum
prohibitionibus, quod nempe tutor vel curator vel filii eorum
pupillam vel curandam ducere non possint, recessum esse, id-
que ob magnum matrimonii favorem, quem potius amplian-
dum, quam restringendum esse censent, creduntque de jure
Canonico has poenas, certo tempore aut certo modo con-
trahere nuptias, ob plenam matrimonii libertatem esse inva-
lidas Peretz in Cod. lib. 5. tit. 6. n. 4. RITTERSHVS. de different.
jur. Civ. & Can. lib. 1. C. 20. & Poenas civiles in tutores & Cura-
tores constitutas nunquam receptas esse BRVNN. ad tit. C. de
interd. mat. int. pupill. n. 1. & 15. illa tamen opinio ex jure Ca-
nonico non adeo liquida est, siquidem ex C. 2. X. de sponsal. in
quo interpres fundamentum suum ponere videntur, nihil
certi eritur; Hinc non sine ratione videtur dissentire cy-
nus existimans, illius tituli, nempe de interd. matrim. int. pu-
pill. dispositionem etiam hodie procedere in terris Imperii,
quoad infamiam, aliasque poenas tutorum & Curatorum, li-
cet matrimonii vinculum sit efficax, ex ea potissimum ra-
tione, ut tutorum ac Curatorum perfidiæ, & fraudi frænum
injiciatur, & ne sub spe matrimonii bona impuberum dissi-
pentur, quod facile contingere potest illis in locis, in quibus
singulis annis ad rationes reddendas non astringuntur; qua-
re in variis Germaniae locis per leges provinciales, testan-
te Stryckio U. M. ff. lib. 23. tit. 2. §. 10. in fin. jus commune
approbatum & tale matrimonium, stante tutelâ vel curate-
lâ, saluberrimè prohibitum est, quod ipsum occasione L. f.
tutor. 7. C. de interd. matrim. int. pupill. & tut. ex cathedra su-
sius deducet

N. 6.

**NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
CHRISTIANVS BENJAMIN
WACHTER,**

De cuius natalibus, vita, studiorumque exantlatorum cursu quædam ex more recepto veniunt recensenda; dedit enim ei Ciza nascendi sortem circa finem Anni M DCCXII. die 18. Novembbris, Patre JOHANNE THEODORO WACHTERO, Cameræ Cicensis Commissario, cuius mortem præmaturam adhuc deplorat, Matre vero è gente BLEYMÜLLERIANA. Quorum parentum provida fuit cura, ut crescentibus annis tam pietatis, quam morum, literarumque fundamentis imbuere-
tur. Prima siquidem literarum rudimenta privatis Institu-
tionibus domi jacta sunt. Deinde vero per quadriennium in
Gymnasio Cicensi ad altiora sese preparavit, quo exacto,
Almam Lipsiensem A. M DCC XXXII. salutavit, & à LVDO-
VICO, Organi Aristotelici Professore publico, & tunc tem-
poris magistratum Academicum gerente, Civium Academi-
corum jura obtinuit. Ab isto tempore principia Philosophi-
ca à DN. D. MÜLLERO hausit. Non solum Institutiones Juris
Justinianei à GEBAVERO, Jus autem ecclesiasticum & Pan-
dectas à DN. D. TRAVGOTT THOMASIO explicatas audivit.
Sed etiam, ut feliciori successu in forum prodire posset, se
DN. D. JOACHIMO addixit, quo etiam moderatore privata
nstituit certamina. Peracto tandem studiorum stadio, supre-
mos in utroque jure pro Licentia honores ab Ordine Jure-
Consultorum hacce in Academia Illustri modeste petiit. Pe-
titis ejus annuimus, & textus ex utroque jure resolvendos
ei communicavimus, quos exactè resolvit; & ad quæstio-
nes

nes propositas itâ respondit, ut supremis iurium honoribus
eum unanimiter dignum judicaverimus, quare proximo die
Mercurii horis consuetis ad L. 7. C. de interd. matrim. int. pu-
pill. & tur. lectionem cursoriam, & illâ finitâ disputationem
inauguralem

DE
NON ENTE CIVILI
INFAMIA FACTI,

habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Dominus Re-
ctor, nec non reliqui Domini Proceres & Cives Academicci
humanissime invitantur, rogantur. Publicatum sub Sigillo
Facultatis Juridicæ d. 3. Jun. M DCC XXXVI.




153744

AB 153744

X 2512617

8





42

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS
*S*tretfer/ JC_TVS,

PRÆLAVDATAE FACVLTATIS, ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS
PRIMARIUS ET CONSVL,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad L. 7. C. de interdict. matrim. int. Pupill. & Tutor.

ET

DISSSERTATIONEM INAUGURALEM

AD DIEM VI. IUNII MDCCXXXVI.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHUMANITER INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

